

ftans in *Synodo* quadam, ut videtur, post *Seculum V.* edita. Incipit a mysterio *Trinitatis*: *Credimus unum Deum esse patrem et filium et spiritum sanctum &c.* et definit in *Articulum* sequentem: *Propter nouellos legislatores qui a deo animam tantum ad ymaginem dei creatam dicunt ut quia deus incorporeus recte creditur eciam anima incorporea esse credatur, libere confitemur, ymaginem in eternitate, similitudinem in moribus inueniri.* Adiectum minio: *Et sic est finis. Explicit diffinicio ecclesiastica.* Haeretici, qui per decursum passim notantur, sunt *Arius, Nestorius, Hebion, Aetius, Photinus, Anthropomorphitae, Bonosiani, Jovinianus,* alii.

X. fol. 318. rubro: *Tractatus de modo predicandi.* Incipit: *De modo predicandi dicturus Notabilia sex premitto. Primum est quid sit predicatio. 2<sup>m</sup> predicatio nis commendacio. 3<sup>m</sup> quas causas habeat predicacio. 4<sup>m</sup> quis habeat predicare. 5<sup>m</sup> qualis debeat predicator esse. 6<sup>m</sup> Vbi et quando predicator debeat predicare.* Expeditis his sequuntur practica de assumptione thematis, divisione, argumentis, amplificatione &c. Ultima sunt de cautelis oratoris et Peroratione, quae sic finiunt: *ut refici mereamur cena spirituali in presenti et eternali in futuro. Quod nobis concedat pater &c.* Adiectum bohemicè minio: *Pomoz pane myly boyze. i. e. Adjuua Domine care Deus.* Quod, si non autorem, saltem Librarium ejus Nationis prodit. Libellus non pa-

rum cum eo congruit, quem *Thomae Aquinati* tributum typis dedit *Fridericus Creussner Norimb.* 1473. f. quin ejus exemplis passim utitur.

XI. fol. 351. Sermo Anonymus de *Dedicatione Templi* in illud Pf. 47. *Deus in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam.* Initium: *Nos videmus, quod quando paterfamilias reuertitur ad domum suam &c.* Finis: *ut nunquam ab eo separari ualeamus.*

CLXXX. VII. B. 9

Codex membraneus lat. Sec. 86<sup>o</sup> XIV. Folior. 57. f. per duas columnas litera minutiore exaratus, fronte auro coloribusque florulenta continet *Johannis Calderini* celebris Jcti Bononiensis Sec. XIV. *Tabulam dictionum Biblicarum in Decreto Gratiani et Decretalibus adductarum* ordine Alphabeti dispositam hoc ingressu: *Seriem huius tabule. continent. auctoritates. et sententias biblie. prout in compilationibus. decretorum et decretalium inducuntur insinuat. dictionum dispositio regulata ordine alphabeti &c.* Et paullo post, si quis defectus observatus fuerit: *Ego Johannes Calderini minimus decretorum doctor huius opusculi fabricator illos suppleri precor. ordine prelibato.* Tabula ipsa incipit: *A a Require loqui. d.* et finit in voce *Zizania*, cui haec subjicitur clausula: *Explicit tabula auctoritatum et sententiarum biblie inductarum in compilationibus decretorum et decretalium quotarum.*

tarum. *Johannis Caldrini decreto-  
rum doctoris Deo gratias Deo gra-  
tias Amen.* Primam hujus *Tabu-  
lae* editionem *Maittairius* adfert  
*Coloniae per Petrum de Olpe*  
1471. f. alteram præ oculis ha-  
beo *Spirae per Petrum Drach*  
1481. f. cui manum medicam se  
adulisse in Praefatione ait *Tho-  
mas Dorniberg.* Tertiam habes in  
F. Gotth. *Freytagii Adpar. lit.*  
T. I. p. 83. f. l. et a. f. sub cujus  
finem querela de mendosis Calde-  
rini Exemplaribus instituitur. In-  
ter cetera: *Sicut et illud quod*  
*nuper circa partes reni constat esse*  
*impressum, quod mille et mille ca-*  
*ret remissionibus.* An hic *Colonia,*  
an *Spira* petatur, incertum; utra-  
que enim vicina *Rheno* est. Sed  
*Spiram* saltem simul peti, argu-  
mento esse possit exprobratio,

*Quinquaginta david centum psalmosque notavit.*  
*Versus bis mille sex centa sex tenet ille.*

II. fol. 6. ventilatur Quaestio:  
*Vtrum pro reformanda in ecclesia*  
*christi unione necesse est clerum*  
*christi abrenunciare omnibus que*  
*possidet in affectu et effectu et se-*  
*qui christum in evangelica pau-*  
*peritate.* Initium: *Respondendo ad*  
*istam questionem primo ponam unam*  
*breuem protestationem &c.* Affir-  
mat Autor e mente *Wiclefi,* qui  
Paupertatem evangelicam in uni-  
verso Clero urgebat; Mendi-  
cantium tamen Ordines eam pro-  
fitentes non amabat. Mutila in  
fine est Tractatio, quae, ut e se-  
quentibus patebit, *Pragam* per-  
tinet.

*Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.*

quae sequitur: *Pretendit in fron-*  
*te illud Jere.* I. A. a. a. domine  
nescio loqui &c. *quod potius lo-*  
*cari debuit in dictione loqui.* At-  
qui hoc in editione *Spir.* fron-  
ti praetensum est, Codice no-  
stro, ut supra visum est, castiga-  
tius illud ad literam L. relegan-  
te. Sed his immorari operae pre-  
tium non est.

CLXXXI. VIII. 7. 9.

Codex chartaceus lat. Sec. 465  
XV. Folior. 124. 4. currente ca-  
lamo exaratus sequentia continet:  
I. *Titulos Psalmorum,* ad eum  
modum, quo vetustis quibusdam  
Bibliorum Editionibus subnexi  
sunt; additi et *Tituli Canticorum*  
*Biblicorum,* et *Autores Symbolo-*  
*rum,* et demum:

III. fol. 12. p. 2. Collectanea  
in Psalmos inscripta: *Jeronimus*  
*de laude psalmorum.* Loca, quae  
exponuntur, notantur minio in  
margine.

IV. fol. 18. *Magistri procopii*  
*de plzna pro libro ydearum.* Ini-  
tium: *Quia plurimi contra Ma-*  
*gistrum Johannem (Hu jam for-*  
*maverat calamus, sed delevit)*  
*Wycleff sunt in tantum exacerbati,*  
*Quod ipsum Hereticum et eius*  
*libros hereticos esse dicunt &c.* Est  
inter *Wiclefi* Scripta Tractatus  
*de Esse Ideali quorumlibet* nun-  
quam, quod sciam, typis pro-  
ditus, qui tamen Codice isto con-  
tine-